



# Theses juridicae inaugurales

<https://hdl.handle.net/1874/311515>

THESES JURIDICAE INAUGURALES.



4.

THESES  
JURIDICAE INAUGURALES,  
QUAS,  
ANNUENTE SUMMO NUMINE,  
EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI  
LUDOVICI GERARDI VISSCHER,  
PHIL. THEOR. MAG. LITT. HUM. DOCT. ET PROF. ORD.,  
NEC NON  
AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU  
ET  
NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO  
**PRO GRADU DOCTORATUS**  
SUMMISQUE IN  
JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS  
IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA  
RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,  
ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT  
**ARNOLDUS VERHOEFF,**  
*Rheno-Trajectinus.*  
A. D. XXVI M. JUNII, A. MDCCCLVI, HORA II.

---

Trajecti ad Rhenum,  
TYPIS MANDAVERUNT L. E. BOSCH ET FILIUS.  
MDCCCLVI.



## THESES.

---

### I.

Nullo modo opinio MÜHLENBRUCHII, statuentis in facti obligationibus omnem casum a creditore recipiendum esse, confirmatur legibus ab eo citatis in n. 7 § 365 doctrinae Pandectarum.

### II.

Tutor transigere non potest.

### III.

Definitio furti in l. 1 § 3. D. de furtis, praestat illi, quam exhibent Instit. in § 1 de Oblig. q. e. del. nasc.

IV.

Verba »in het huwelijk tredende“ art. 11. C. C. stricte sunt accipienda.

V.

Maritus qui secundum art. 168 al. 2 C. C. cum uxore obligatus est, ad implendas illas obligationes per incarcerationem cogi nequit.

VI.

Quid legislator art. 190 al. 2 C. C. constituerit, per quam obscurum est.

VII.

Non facio cum Csult. DE PINTO (Handl. tot het B. W. II, § 18) contendente, parentes posse tutorem dare liberis suis naturalibus.

VIII.

Jus, quod uxori art. 187 C. C. conceditur, non contingit ei, quae nupta est ea conditione ut tantum lucrum et damnum communicarentur.

IX.

Conjugi non opus est venia Regis, ut uxoris suae sororem, post dissolutum matrimonium natam, uxorem ducere possit.

X.

In art. 1053 C. C. absolute legitur »*minderjarige, zelfs wanneer deze handligting hebben gekomen*«; sed vocabulo sic usurpatō ii tantum sunt intelligendi, quibus concessa est emancipatio minus plena.

XI.

Hypotheca in fundo concessa ab emtore, qui titulum transscribi nondum curavit, nulla est.

XII.

Proxenetam esse vere publicum non vero urbanum magistratum contendo.

XIII.

Quod legislator noster in art. 80 sqq. vocat *privilegium proprie pignus* est.

XIV.

Expeditores qui dicuntur ex art. 1185 et 1193 C. C. *privilegium* habent pro sua mercede in rebus transvectis.

XV.

Probatio contra proxenetalium codices admittenda esse mihi videtur.

XVI.

Magistrum navis non obligatum esse ut in perpetuum

moretur, si stipulatus sit poenam pro singulis diebus,  
quos moraretur, contendo.

XVII.

Quodlibet cambium siccum a mercatore profectum est  
negotium mercatorium.

XVIII.

Executio per adprehensionem rerum mobilium fieri  
nequit, nisi debitum sit certum et liquidum.

XIX.]

Poena deportationis imprimis in civitate turbata,  
usum praebet.

XX.

Non puniendus est conatus criminis, a quo perficiendo  
libera voluntate quis recessit.

XXI.

Poena ex art. 339 C. P. marito irroganda non est  
idonea neque juris principiis consentanea.

XXII.

Prudenter lex nostra fundamentalis legum promulgant  
darum tempus Regi non praefinit.

XXIII.

Papierengeld, waarvan de waarde in den omloop gedaald is, moet bij inwisseling door den Staat vergoed worden tegen deszelfs oorspronkelijke waarde.

XXIV.

De premiën voor uitvoer zijn af te keuren.

XXV.

De beperkingen omtrent de jagt zijn goed te keuren.